



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Vbaldini genus. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

DE VITA
ET INDOLE
ANTONII MARCI
VBALDINI.

I. Vbaldini genus.

VBALDINI suas origi-
nes in Sicambris habuere:
inter Principes ibi famili-
as clari. Sed bellis postea ciuili-
bus, quæ Vitellium & Othonem
commisere, in Italiam tracti, ni-
hilo, quàm domi, mansere ob-
scuriores: vbi & copijs aucti, per
Hetruriam longè tunc latèque
imperarunt. Denique in Um-
bria confederunt: accisis quidem
maiorum fortunis; posterorum
tamen aut facta dignitate, aut
belli gloria, paucis etiamdum

8 V I T A

secundi. Ab his noster hic prodijt ANTONIVS MARIA VBALDINVS, quo de scribimus: natus in agro Pifaurenfi; loco, quem hodie Montem Vieinum appellant: Patre Vbalдино, nobili dynasta, & castelli eius toparcha, viro illustri, Mater fuit Fulvia Sergarda, oriunda Senis, lectissima fœmina: cuius gentilis nobilitas cum primoribus Romani nominis, per crebras affinitates, coaluit. Natalis puero dies auspiciatum verni ieiunij principium fuit; cùm annus à millesimo numeraretur sexcentessimus vndecimus.

II. Infantia.

PArtus cetera lætus, hoc vno parentum gaudia minsebat: quod puerum longè prouicturum indicia negabant, ea cor-

po-